

9.
tanta scelere digna inveniri possint. imò nullus Parens tam pa-
tienti esset animo, ut vel aspicere sustineret filium, in tanto scele-
re modo deprehensum. Ille vero sic incipit, v. 916.

ὦ πόλλ' ἀμαρτάνοντες ἀνθρώποι μάττω,
Τί δὴ τέχνας μὲν μυρίας διδάσκετε,
καὶ πάντα μηχανᾶδε, καὶ εἰσάσκετε,
Ἐν δ' ἐκ ἐπισηδ' ἐδιδραμάσαδέ τω,
Φρονεῖν διδάσκειν, οἷσιν ἐκ ἐνεστινῶς;

Talia ibi plura sequuntur. sed tam subtilis disputatio, ut ipse
Hippolytus eam vocat v. 924. non convenit animo tantis affe-
ctibus occupato. Seneca in his longe præstat. Nam, ut in Phæ-
dra alia omittam, quid oratione ea, qua Hippolytum aggreditur,
delicatus esse potest, & mollius, quæ quidem Heinsio ita placuit,
ut neminem, nisi Ovidium, hæc dicere potuisse putarit. qualia
enim sunt illa? v. 608.

*Me vel sororem, Hippolyte, vel famulam voca:
Famulamque potius; omne servitium feram.*

&

Mandata recipe sceptræ, me famulam accipe.

Rationes etiam addit,

*Te imperia regere, me decet iussa exequi.
Muliebri non est regnare tutari patris.*

Item averso ab Hippolyto vultu;

*O spes amantum credula! O fallax amor!
Satisne dixit?*

Omniū autem mollissima sunt hæc;

*Hippolyte si est. Thesei vultus amo
Illos priores, quos tulit quondam puer.*

& quæ sequuntur. Non pauca etiam habet, in quibus felicissi-
me imitatus est Ovidii Epistolam 4. Heroidum quam Phædra scripse-
rat ad Hippolytum; sed hæc afferre nunc non est nostri instituti.

Phædra apud Euripidem plane aliter est morata. qualis
autem sit, ipse Hippolytus unico versu dixit. v. 1034.

Ἐσωφρήνησεν, ἐκ ἔχουσα σωφρονεῖν.

Nempe erat amore corrupta, sed talis noluit videri, proinde vix
Nutrici id confitebatur, occultabat quidem amorem sed non

B

bene.